Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 1853

Quelle:
Copyright:

denchet unſer buſgenozen, die nꝛ-lichen uerſcheiden ſint, Maiſter gumperhtes, unde meiſter ꝛize-perh &c. In univerſum magni pretii mihi hoc priſcae Pietatis et Linguae noſtrae Monumentum videtur.

DCCLXIX.

R. 223 Codex chartaceus lat. Sec. XV. ineuntis Folior. 188. 4. currente calamo ſcriptus et minio diſtinctus continet: I. *Modum procedendi in ſermones de ſacramento corporis domini.* Orta eſt jam olim haec Inſcriptio e primis Prooemii verbis: *De ſacroſancto corporis domini locuturi ſacramento proponimus donante deo procedere tali modo* &c. Atque hoc Prooemium deeſſe in Edit. *Rom.* 1570. Opp. S. *Thomae Aquin.* T. XVII. p. 43. jam *Vol.* I. quo plura retulimus horum de Euchariſtia Sermonum Exempla, diximus, licet in pluribus Mſs. et in vetuſta a. 1472. edit. in f. quam *Arnoldi ther Hoernen Colon.* credimus, habeatur. Habetur vero etiam, poſtquam Praedicatoribus viſum eſt, dictos Sermones a Diſcipulo ad Magiſtrum, videlicet *Albertum M.* transferre, in hujus edit. *Lugd.* 1651. T. XII. p. 247. f. Sermones numero XXXII. licet in *Codice* paullo aliter diviſi ſint, maximam partem Thema habent: *Venite, comedite panem meum* &c. *Prov.* 9. ut jam alibi dictum eſt. In *Codice* adſcriptus eſt extravagans in illud: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis* &c. *Joh.* 6. de Proprietatibus Hoſtiae.

II. *fol.* 57. p. 2. *Incipit genealogia glorioſe virginis marie per fratrem thomam de diuerſis ſanctorum patrum dictis compilata.* Initium: *Sancta et ſuperlaudabilis ſemper virgo dei genitrix maria ab eterno preuiſa conſilio dei predeſtinata, de diuerſis ymaginibus et ſermonibus prophetarum per ſpiritum ſanctum ſignificata* &c. Non Patrum modo dicta, ſed apocryphas etiam traditiones de Parentibus *Mariae*, de Nuptiis *Johannis* Evang. &c. ſequitur, quin et Commercium epiſtolicum *Ignatii, Mariae* et *Johannis* inſerit. Titulus poſtremus eſt *de Glorificatione matris domini* ex *Mellicio*, dic *Melitone* ſpurio. Quis vero *Thomas* noſter? Neſcio, niſi *Thomas de Hales* ſit *Anglus* Ord. Min. qui circa a. 1340. floruit, et Librum *unum de B. V. M.* ut *Baleus, Pitſeus, Tannerus, Waddingus*, vel *Vitam B. V. M.* ut *Geſnerus* tradit, reliquit, certe rariſſimam.

III. *fol.* 73. *Incipiunt ſententie Alexandri.* Breviſſima Quaeſita et Reſponſa lecta e Scriptis *Alex. de Hales* ſeu *Alenſis* O. M. pariter *Angli* Doctoris irrefragabilis ✠ *Pariſiis* 1245. Ineunt: *Hec eſt differentia inter amorem dilectionem et caritatem, quod amor eſt nature, dilectio voluntatis, caritas gratie* &c.

III. *fol.* 74. p. 2. *Sermones* multi vel potius Adparatus *homileticus* de Feſtis Domini et praecipue B. V. Mariae. Primus eſt *Sermo de Paſſione Domini* in illud: *Inclinato capite emiſit ſpiritum Joh.* 19. hoc initio: *Vt paſſionem*